Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

...cu que dedicata est in honore beate Aga
the virginis et martyris Christi, in qua et beata
Gerdrudis virgo de hoc seculo ad celestia reg
na migravit. Statim autem post colloquium
beate Gerdrudis, ipsa puella melius cepit
consolari, basibus suis et erecta in ipso loco sub
ridens stetit et ait: Video te domina video. Fuit
in congregatione quedam peregrina cui a soro
ribus commendatum fuit litteras eandem docere
et insuper ministrare. Que magno pavore
territa ait: Filia quid vidisti? Ait: Dominam meam
Gerdrudam ante me stantem et tenentem can
didum cereum in manu sua. Audiens hoc
peregrina valde expavit, et adduxit eam
in ecclesiam beate Marie, et posuit super for
mulam qua virgo sedere solebat, cum choris
canonicis sorores domino officium solvere de
certarent. Tunc tercia vice puella beatam
Gerdrudam vidit. Statimque hoc notum factum
est omni congregationi, et fecerunt con
ventum magnum in ecclesia beate Marie dei
genitricis et virginis, et videntes puellam
stantem erectam que paulo ante trahebatur
per terram, laudaverunt nomen domini, et pre gaudio
lacrimare ceperunt. Puellam autem cum magna
reverentia duxerunt ad ecclesiam beati Pau
li apostoli ad sepulchrum beate Gerdrudis virgi
nis Christi, collaudantes dominum qui dignatus est
per suam ancillam beatam Gerdrudam celestem pau
percule puelle tribuere medicinam. Tunc omnis
familia cum sacerdotibus et domesticis vel vi
cinis coeuntes fecerunt festivitatem ob
memoriam virginis Christi, glorificantes dominum in
miraculis istis, que ad honorem et gloriam vir
ginis ipsius beate Gerdrudis dignatus est
operari. Per ipsum Christum dominum nostrum, cui est cum
patre et spiritu sancto honor et potestas et imperium
sine fine in secula seculorum. Amen.

Vita beate Marthe.

S(Cum)ancte ecclesie typum beata Mar
tha Christi discipula suis
piis essentiis conti
neat, et vita eius ingen
ti volumine assen
sus indigeat mysti
cos, idcirco vite eius
insignia, dimissis eius typicis intellectibus,
iuxta evangeliorum assertionem paucis scribam
eloquiis, quatenus intimata eius vite prolixita
te lectoribus non sit fastidium, nec audien
tium memorie sit onerosum, sed fidelium
pie imitacionis fiat exemplum. Venerabi
lis hospita Christi Martha, pago Ierosolimita
no oppido Bethanico, egregiis heroibus rega
lis prosapie, Syro patre, Eucharia matre ex
stitit oriunda, cui uterini fuere beata
Maria Magdalena et Lazarus, quem a bor
co et busto suscitavit eorum verus hospes,
suscitator omnium seculorum Christus. Nobilis anti
qua decurrens prole parentum, nobilior
gestis, nec super alta manet. Hec namque ab
infancia omnium creatorem valde dilexit.
Ebraicis apicibus docta, prime legis preceptis sub
dita, corpore venusta, facie decora, eloquiis lu
culenta, muliebribus operibus pulchre erudita, in
ter omnes matronas prius moribus excellens,
culmine prima persona, sensu et opere non secunda,
caritate redundans, castitate pollens, vi
riles contactus omnino vitabat. Nusquam
legitur hanc virum habuisse, nec hominis con
tubernium subisse. Quamvis eius pater Syrie et
maritime multarumque horarum dux extitis
set egregius, qui post discipulorum dominicorum dis
cipulorum persuasionem Atheniensium civium predicator
fuit fidelissimus, tamen hec cum prefato fratre
et sorore tria oppida, Magdalum scilicet et Betha
niam utramque, et Hierosolimitane urbis par
tem iure hereditatis materne possidebat,
et pre cunctis parentibus dominum habebat, quo
sensu et probitate habundantior et poten
tior erat. Cunctisque gazis erat opima, mi
litibus et famulis suis datrix non stricta, con
vivia famosa, in ministracione dapum
valde perita. Quoniam ut sacra asserunt eloquia,
ubicumque dominus ad convivia et illa interat, Mar
tha amore domini ex more ministrabat. Nam
cum esset dominus Ihesus in Bethania in domo Symo
nis leprosi, et facerent ibi cenam magnam, Mar
tha ministrabat ad decus illius qui Lazarum
suscitaverat. Et alibi inquit quia Martha sata
gebat circa frequens ministerium. In hos
pitalitate que apud nos non debet parvi
pendi, per quam Abraham, Loth et Iosue et mul
ti alii placuerunt deo et angelis, et iam hospi
cio susceptis valde fuit intenta, omnium

Beata Martha creditur virgo non fuisse.